



Hec assidue repetendum est. quod et superius inde iam dictum
 est. sed hoc recolendum ubi auctor ista locutio in meis libris
 inuenitur. et ut dixi de patre et filio. qui genuit et
 quem genuit unum est. dicendum fuit unum sunt. sicut
 apte ipsa ueritas loquitur dicens. Ego et pater unum
 sumus. Nec illud mihi placet quod in ista uita deo intel-
 lecto. iam beatam esse animam dixi. nisi forte spe. Item
 quod dixi. Ad sapientie conjunctione non una uia pueniri
 non bene sonat. quasi alia uita sit preter christum qui dixit.
 Ego sum uia. Vitanda ergo erat hec offensio auctorum
 religiosorum. quamuis alia sit illa uniuersalis uia. Alie
 aut uie de quibus in psalmo canitur. Vias tuas
 domine notas fac mihi. et semitas tuas edoce me.
 Et in eo quod ibi dictum est. penitus ista sensibilia
 fugienda. Cauendum fuit ne putaremur porphirij
 falsi philosophi tenere sententiam. qua dixit. Omne
 corpus esse fugendum. Non aut dixi ego omnia
 sensibilia. sed ista. hoc. corruptibilia. Sed potius
 dicendum fuit. non aut talia sensibilia futura sunt
 in futuro seculi celo nouo et terra noua. Item quoda-
 loco dixi quod disciplinis Liberalibus eruditi sine du-
 bio in se illas obliuione obrutas eruunt discendo et
 quodammodo refodiunt. Sed hoc quoque improbo. Cre-
 dibilius est enim propter ea uera respondere de qui-
 busdam disciplinis et impitot carum. quando bene

. m.

. m.

. v.

. vi.

Porphirij phis falsus.

. vii.